nione et societate fueris deterritus. Illi enim cum assidue verbum
Dei, et sacrarum literarum auctoritatem iactent; si quis diligentius
rem expendat, id illis esse verbum Dei, quod aut Calvinus aut
Lutherus, aut Zuinglius, aut horum similes hominum quisquiliae sui
effutierint, intelliget. Ab his sacra ipsa volumina conversa è Gra-
cis latina quotannis edi, immutari, deprauari ad suam à quoque
sententiam accomodari. Quae Ecclia sanctissimis viris interpreti-
bus summa et doctrina et fide reddita accepit, et nobis tradidit
ea tanq nimis antiqua ab illis reijci. Et cum veteres illi Patres,
qua sapientia, qua sanctitate homines! ex tam diversis, et tam
longinquis terrarum orbis, locis divinae doctrinae mysteria man-
dantes lris, nunq in fidei et morum disciplina discreparint; Ho-
praeclaros Euangelij Doctores in eadem Civitate contraria et dis-
sidentia quotidie Concionibus proferre. Calvini ab Oecolampadi
huius à Luthero, illius ab utroq scripta de sumis rebus dissentiri
denique illud omnibus Provincijs vsu evenisse quaecunq horum homi-
partes factionesq sunt secutae, vt nulla ab ijs, neq externi belli
neq domesticarum discordiarum calamitas abfuerit. His te atq
multis alijs gravissimis de causis, quae vnica epla comprehendi n
possunt, te cum feliciter actum existimare, quod in tanta temporum
tempestate, tantis dissidentium opinionum procellis, quibus diversa
aguntur hominum mentes, receperis te in Ecclia Navim; atq
in illam Noe Arcam, cuius figura et similitudine Ecca nobis
tanto ante designata et demonstrata est; extra quam qui depre-
hensi sunt errorum undis omnes obruuntur. Id autem abs te
non temere neq inconsulte factum, sed posteaquam diligentissime

summaq

summaq religione et contentione animi, te ipsum et tuam adolescentiam
Deo commendaveris atq omnibus precibus obtestatus fueris: vt quam salu-
tis viam ingredereris tibi monstraret; non hominum consilio, sed plane
divino monitu fecisse; inq huius tete sinum tanq sanctissimae parentis
totum rececisse. In hac summam invenisse pacem, summam tranquilli-
tatem; eundem cultum in Deum, eundem omnium sensum: et ut mul-
ta à multis quotidie et scribantur et doceantur, tamen omnia ad
vnius auctoritatem Eccae referri; cui cum pollicitus sit Dominus se
eam non deserturum vsq ad consumationem saeculi; quem locum dubi-
tandi relinqui quin Eccae iussa cum Dei praeceptis et voluntate
consentiant. Itaq hac tanq certa fidei regula nros animos ad
coelestem dirigi sedem, in qua cum clarissimo illo et felicissimo
beatarum mentium coetu aeterna beatitudine perfruantur. Hic
humillime patrem appella, tuum obsequium, tuam obedientiam,
tuam observantiam, ~~denique illum~~ tuum denique illum singularem amorem ac
pietatem, qua vtrumq parentem (ipse tibi sum testis) religiosis-
sime colis, nec defuisse illi unquam, nec defuturum. Eius te im-
perio, eius nutui subiectum semper fore. Spem tibi in Deo esse, in
qua clementia aditum tibi in suam Ecclam aperuit, eadem pla-
catum et benignum tibi redditurus sit patrem, qualem hacte-
nus expertus es. Postremo illum obtestare, ut sine illius offensione
manere tibi in Eccae fide liceat, in qua tuas preces tua vota
pro eius salute auditurus aliquando sit Deus: quod si tibi iras
propterea voluerit, non te recusaturum, quo minus quae libuerit
de te supplicia sumat; Eaq tibi iucunda, quod fidei et religio-
nis causa; acerbissima fore hoc uno quod ab clariss. tibi Pre-

[illegible] fore [illegible]